



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

De pœnis absoluentium excommunicatos per hanc Bullam sine licentia.  
Cap. III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

non poterit, vel nisi concedatur  
absolutio a grauiore, vt supra dixi  
mus de absolutione ab heresi.

4. Excipitur tamen ubi illi clau-  
sulae Romanus Pontifex deroga-  
ret, quod duobus modis fieri po-  
test, primo, ubi vel directe in con-  
cessione se velle casus praeditos  
pro expresse contentis, & expre-  
sis, ac si ad verbum inserti essent.  
Vel ubi diceret, Non obstantibus  
quibuscumque, etiam si essent ta-  
lia, quorum mentio facienda es-  
set de uerbo ad verbum, quorum  
tenores volumus haberi pro ex-  
pressis, nam per hanc clausulam  
collitur necessitas illa tenorem co-  
trariorum inferendi, ut id pluri-  
bus probauit Nauarr. in capitu. si  
quando, excep. i. num. i. de rescri.  
& Viuald. in sua Sylvest. opinion.  
95. & Couat. in Rubr. de testamé.  
par. 2. num. 20. quod seruauit au-  
tor huius Bullæ in Bulla Iubilei  
publicata anno 1594 tertio Non.  
Decembris Porti. sui anno tertio,  
nam dans licentiam absoluendi  
ab omnibus censuris, etiam in li-  
teris Cenæ Domini contentis sic  
inquit; Quarum tenores praesenti-  
bus haberi volumus pro plenè, &  
sufficienter expressis, ac si ad uer-  
bum insererentur. Et ex hoc habe-  
mus alium casum, in quo quis ab-  
solueret poteſt, ybi ſcilicet ei clau-  
ſulae modis praeditis derogatum  
eft.

Secundo derogatur huic clau-  
ſulae, id que omnino, ubi illam tol-  
leret, vel auctor huius Bullæ, vel

eius successor, id enim potest, ex  
quo antecessor successori legem  
dicere non potest, a qua diſcede-  
re non licet, c. innotuit. de elect.  
Sed de hoc capite fatis, ad aliud  
ueniamus.

*De paenitentialium excommunicator  
per hanc Bullam sine licentia.*

*Cap. III.*

Quod si forte aliqui contra  
tenorem praesentium tali  
bus excommunicatione,  
& anathemate laqueat-  
is, vel eorum alicui ab-  
solutionis beneficium im-  
pendere de facto præ-  
fumperint, eos excom-  
municationis sententia  
innodamus, grauius con-  
tra eos spiritualiter, &  
temporaliter, prout ex-  
pedire nouerimus proces-  
furi.

*S V M M A.*

1. *Absoluens sine licentia excommunica-  
tos per hanc Bullam in excommunica-  
tionem incidit, que excommunicatio  
quousque pateat, declaratur.*
2. *Absoluens una absolutione plures fine-*

*F f a lcen-*

- licentia in plures excommunicatio  
nes incitat.
3. Absoluens sine licentia excommunicatos per hanc Bullam in quibus casibus in excommunicationem non incidat.
  4. Absolutio excommunicationis eius, in quam incidit absoluens excommunicatos per hanc Bullam sine licentia, an Romano Pontifici reseruata sit.

**I**N hoc Capite de eorum poenis agitur, qui irretitos censuris per hanc Bullam sine licentia, & de facto absoluunt, & quoniam poena duplex est, alia excommunicationis, alia arbitratia, ob eam rem duas regulas, quarum una de excommunicatione erit, altera de se cunda, ponamus.

1. Absoluens igitur sine licentia, & ubi quis facultatem absolucionis non habet excommunicatos, & his censuris irretitos per hanc Bullam, in excommunicationem ipso iure incidit, ut habetur in Capite proposito.

Quæ excommunicatio afficit, quicunque sit, qui absoluere conatur, cum ob dictiōnem illam Alicui, quæ neminem præscribit, tum quod, exceptis casibus prædictis in antecedenti Capite, præter Romanum Pontificem nemo aliis absoluere potest, vel igitur clericus secularis, vel regularis sit, & quacunque dignitate, ordine neve insignitus in excommunicationem hanc incidit.

Quare, & si Episcopi alias priu-

legiū habent, ne in suspensionem incident, nisi corum mentio expressa fiat, ut habetur in capitul. quia periculosem. de sentent. excommu. libro sexto. tamen quod privilegium illud huc non pertinet, ob eam rem pœnam hanc sine licentia hos absoluentes non euident.

Secundo afficit excommunicatio hæc, vel vñnm, vel plures quis absoluat, ob uerba illa Anathemate laqueatis, vel eorum aliâ cui.

2. At quid si eadem absolutione plures absoluat, an in unam, pluresve excommunications incidet? Ego censeo in plures excommunications eum incidere, in tot scilicet, quot sunt, qui absoluuntur, ut diximus in Tractatu nostro de Censuris de percutiente plures clericos una percussione.

Tertio excommunicatio hæc afficit, quicunque sit, qui absoluatur, tum quod Bulla non distinguit, ergo nec non distinguere debemus. arg. leg. de pretio. ff. de publ. in rem act. tum quod quacunq; ratione quis privilegium habeat, absoluvi non potest præterquam a Romano Pontifice, ut vidimus in antecedenti Capite, nisi contineat casus Bullæ in individuo, vel nisi ei clausulæ omnino derogatum sit.

Quarto absolutio nulla est, nam ad eam tribuendam potestas requiritur necessario, ergo nul-

la est, tributa ab eo, qui potestate non habet, atque sic dixit Armil. in verb. Excom. 87. & est communis, ut ait Viuald. in Candelab. in expositione Bullæ Cœnæ Domini. §. quod si forte. num. 139. & habetur in decreto Clementis Octauii supra posito. In omnibus igitur his casibus in excommunicatione quis incidit.

Postremo aliis poenitatis afficitur relatis, & inustis eod. Decreto Clementis Octauii. Sed iam casus ponamus, in quibus quis excommunicationem, & alias poenas evadit.

2. Primum igitur fin excommunicationem hanc non incidit absoluendo, qui inscitia, & ignorantia, non tamē crassa, obliuione incogitantiave absoluit, ut pote est sacerdos non litteratus, & homo simplex, qui se absoluere posse existimat, vel penitens inquit se habere priuilegia aliqua, quæ tamen non habent clausulam prædictâ, nec eius revocationem, hic ergo in excommunicationem non incidet, nam non ex præsumptione id facit, quod requirit Bulla, ob verbum illud præsumplerint, sed ex ignorantia, ex quo igitur verba ei non conueniunt, ergo nec dispositio. argument. l. 4. §. toties. ff. de damn. infec.

Nec repugnat si dicatur probabilem ignorantiam hunc non habere, quoniam quisque scire debet, quæ ad suum officium pertinent. argum. §. Imperitia, in Iustit.

de leg. Aquil. cum cit. ibi a Glo. & quisque parochus penes se Bullā hanc habere debet, ut infra videbimus, nam & si in hoc peccat, nō tamen ex præsumptione, quæ ad hanc excommunicationem subeundam requiritur, etenim alias, et si religiosi absoluentes a censuris, & administrantes sacramenta quædam sine licentia contra Cle. 1. de pri. in excommunicationem eius Cle. 1. incident, vbi ex præsumptione id faciunt : religiosus tamen vir, qui ex ignorantia id facit, excommunicationem eam non incurrit, ut dixit Zabar. ibidem quæstio. 22. numer. 39. & Caietan. in Summ. in ver. Excommunication. capitu. 64. ibi, no. 1. & Armill. in verb. Excommunicatio. 49. nam in hoc præsumptio non est, quæ significat dolum, & contemptum, ergo idem & hic, atque sic dixit Nauarr. in Manual. capitul. 27. numero 73. versicul. Declaratio prima, & in cap. accepta, opp. 8. num. 32. de restit. spol. & in consi. 19. de reb. eccl. non alienan. num. 3. lib. 3. & Mart. Alfons. de Viuald. in Candelabro, in Explanatione Bullæ. §. quod si forte. num. 138.

Secundo in excommunicationem hanc non incidit, qui probabilitetu, vel vi absoluit, exempli gratia excommunicatus minatur mortem suo Parocho nisi eum absolut, nam & hic cessat præsumptio, quæ requiritur, ut quis in poenam incidat, & fa-

cit.c.vnic. de ijs, quæ vi metusve  
caus. fuit.lib. 6.

Tertio in excommunicationē hanc non incidit, qui solum a peccato absoluit, quamobrem in excommunicationem Bullę incidunt, nam solum excommunicatur absoluens a censuris, ergo secus si a peccatis, inclusio enim vnius alterius exclusio est. argum. c. nonne. de prælumpt. & l. cum prætor. ff. de iudic. & ex diuersis non sit illatio. argum. l. Papinianus exuli. ff. de mi. atque sic dixit in simi. Zab. in cit. Clem. i. in principio. nume. 21. q. 37.

Quarto in excommunicationē nō incidit, vbi ioco absoluit, nam hic absoluere non intendit, & ob id nec absoluere præsumit, quod requiritur, ut antea vidimus, quo in excommunicationem quis incidat.

Postremò in excommunicationē hanc non incidit laicus, qui absoluere præsumit, tum quod materia hęc ei non cōuenit, & ob id Rom. Pót. de ipso sensisse existimandum non est. arg. l. si vno. ff. locat. tum qđ laicus nō dī absolutio nem præstare, sed abuti, atque sic in simili dixit idem Zab. in ead. Clem. i. num. 1. q. 5. versic. Ex hoc infertur, vbi aliter laicos puniendos esse ait. Quare nec mulieres etiam moniales, nec etiam religiosus conuersus, vbi ordinem nō habet, in excommunicationem incidit. ut dixit Zab. in ead. q. ergo idē & hic.

Ego tamen excipio, vbi laicus absoluendi facultatem ab aliis cēsuris a Romano Pontif. haberet, & ea auctoritate fatus absoluere conaretur, nam hic præsumptio notatur.

In his igitur casibus quis penam hanc euadit.

4 Atquit an absolutio excommunicationis eius Romano Ponti. referuata est? Nauar. in Man. capitu. 27. num. 73. versi. Secunda. referuatam non esse ait, & hoc ob eam rationem, quoniam Romanus Pontif. eam sibi non referuat, ergo ordinariis concessa esse censemur. argument. cap. nuper. de sent. exco.

Contrariam sententiam tamen tenet Caietan. in Summ. in verb. excommunicatio. capi. 77. & Armil. in verb. excommunicatio. 87. & Sylvest. in verb. absolutio. 1. nu. 10. in fine, hanc tenet etiam Martinus Alfons. de Viuald. in Candlabro, in 2. part. in explanatione Bullę. §. quod si forte. nume. 140. & Rebuff. in Prax. benefi. in expos. Bullę Cœnæ Domini. artic. 13. ver. Illos autem. ibi Prima est, hāc ego quoque sequor.

Probatur autem horum sententia hac ratione, quoniam in fine huius clausulę dicitur, Grauius contra hos spiritualiter, & temporaliter, ut expedire nouerit, se processurum, at noscere non potest quid expedit, nisi ipse absoluat, & in excommunicationem eos incidisse sciatur.

Postremò, quoniam sibi aliam

poc.

## Pontifici reseruatis.

pœnam s. arbitriariam reseruat, ergo & absolutionem huius excōicationis, vna enim pars legis aliā declarat iurib. vulgarib. ex qb. apparet tacito absolutionē hanc sibi reseruare, quod idē est et si expreſſe, par enim virtus taciti, & expreſſi est, arg. l. cum quid. ff. si cer. per. Addo ego nullam dubitationem hoc habere, ob Decretum quod supra posuimus Clementis Octauii, sed de hac regula satis, ad aliā veniamus, si illud prius addiderimus hic casum haberi, in quo quis de facto absoluens in excommunicationem incidit, cuiusmodi etiam habetur casus in Cle. 1. de priuit.

Absoluens ab hac excommunicatione arbitriaria pœna etiam punitur, vel temporali, vel spirituali, ut dicitur in fine huius Capitis. Quæ pœna declaratur eisdem modis, quibus excommunicatio prædicta, & Rom. Pontifici reseruata est, sed iam ad aliud Caput venimus.

*De absolutione tributa ab excommunicationibus huius Bullæ, quibus excommunicatis non profit, & quo modo iuribus Sedis Apostolice, ac Sanctæ Rom. Ecclesiæ non obfit.*

*Cap. IV.*

Declarantes, ac protestantes quamcunque absolutiōnem, etiam solemniter

## Pars Tertia.

455

per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint, ac quo ad eos, qui contra libertatem Ecclesiasticā, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutions, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex archiuijs, seu capitularibus, locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari. Quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patien-

Ff 4 tiām,

